DE INTERDICTA CLERICIS VENATIONE DISPVTATIO VNICA.

SIVE

REPETITIO AD TEXTVM IN cap. omnibus de Clerico venatore, pro obtinendo licentiæ gradu compoſsita recitata, & illuſtrata.

A

LICENTIATO

DON PETRO GARCIA DE Oualle Iuris-Conſulto Aſturicenſi, & in Vallis-Oletana Academia publico profeſſore.

Vallis-Olet. : Ex Officina D. Antonij Ruyz de Valdiuielſo. Anno Dñi. 1655.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS Athanaſij Otheyza & Olano, Primarij Legum anteceſſoris Cenſura operis, & adhortatio ad Auctorum.

ORDinarij mandatu, tuas venationis ſiluas, erudite iuuenis, odore mentis, & oculorum obtutu infixus colluſtraui. Cedant Menalius montes, & Ida, & quicumque alij vetuſtate floridi narrantur. Hic ſolum biceps indagatur Parnaſus: vertice in vno diuinæ eruditioni ſubtendiſti plagas. O quanta in illis diuina captaſti oracula! hucuſque ſagacioribus iuris venatoribus abſtruſa, quantas ſacrorum patruum doctrinas, ſacraſque cęremonias vetuſtate abſoletas inueniſti! quantos Eccleſiæ Sacerdotum mores campis vagantium, fatigantiū, montes indagaſti, & compreſiſti ingenio! In altero montis apice calamo, & caſsibus humanæ litteraturæ ſaltus circumdas. Ciuilis conditorum iuris inuictas feras in reſponſorum veſtibulis diu obſtantes ſuauitate ingenij ſubiugum rationis mittis. Antiquitatis cunabula ſepulta ſæculis, & orbis vaſtitate inuiſa, tamquam

DON PEDRO CARLOS DE Rio y Malo. Al Licenciado D. Pedro Garcia de Oualle, y à ſu diſputa *de interdicta Clericis venatione.*

SONETO.

DE oy mas el Sacerdote diuertido,
Que inquiere entre eſpeſuras, y laderas
Por ſelua inculta montarazes fieras.
Atento ya à las huellas, ya al bramido.

Ni del Aue de Iupiter el nido
Eſcalara con artes noueleras
Ni ſeguirà la Corça en las riberas,
Ni en la maleza el Oſſo enfurecido.

Porque con tu doctrina eficazmente
El animo mas duro le reduzes,
Mezclando con lo docto lo eloquēte.

O VALLE ameno, ameno à todas luzes,
Que de la cumbre tienes lo eminente,
Y en pocas ojas fruto tal produzes.

LICENTIATI D. PETRI DE Oualle de interdicta Clericis venatione diſputatio vnica.

Num. 1. Venatio Clericis interdicta.

ATHLETAM populis palma deſignabat eſſe victorem (Nobiliſsimè Chãcellarie, &c.) Sudores bellicos Ciuica teſtabatur corona. Expectabant etiam equi præmia ſua. Quod ſi ita eſt, dignum hoc homini reddere, qui per honeſta cognoſcitur obſequia placuiſſe. Verba ſunt Caſsiodori, quæ mihi dedere anſam, vt elapſo quinquenio, quo indeſeſſe in noſtro Pintiano Muſæo inſudaui iura publice interprætando, & per tot actionum lubricos caſus fixum tenendo literariæ militiæ veſtigium, de obtinenda licentia cogitarem, vt ad Doctoratus coronam poſſem admitti. Attamen cum in primis mori Academico neceſſè ſit inſeruire, huic vt obtemperarem ſe legi inter alios (ſorte ſolita) explicandum textum in cap. omnibus 2. de Clerico venatore. Verùm enim verò cum parum humanæ naturæ vires, & docenti, & diſcenti proficiant, niſi diuini Numinis, & auxilio, & virtute fulciantur, vt per difficiles tramites rectum iter capeſſere, & veritatem inuenire valeamus, adſit nobis præſens omnipotens iuſtus, & ſapiens Deus, qui det ſapiē-

*vbi ſupra num.*3. Gutierr. *num.* 47. *& ſequentibus*, Menoch. *de arbitr. caſu* 413. *n.* 19. Cened. *dict. collect* 56. *num.* 10. Aceued. *in l.* 1. *num.* 4. *tit.* 8. *lib.* 7. *nouæ compilat.* Carol. de Graſſis *dict. effect.* 33. *numer.* 21. Amaya *in dict. l.* 6. *C. de excuſat. mun. num.* 71.

Sed an hoc procedat in venante in fundo priuato poſt domini prohibitionem, dubio non caret: nos * tamen aſſerimus Clericum, & priuatum quoad hoc eodem iure cenſeri, quare quia de priuato optimè tractant quæſtionem, auctores ſupra relati, ne lõgum iter faciamus conſultò ommittimus, ſicuti, & alias quæſtiones de quibus optimè tractat omnino videndus Auendaño, in tractatu. *Auiſo de caza, y cazadores*, Vid. nouiſsimè Helfricum Vlricum Hunnium ad Treutlerum *volum.* 2. *diſp.* 18. *theſ.* 2. *quæſt.* 14. *per totam* Anton. Perez *in rubr. tit. C. de venat.*

ferar.

FINIS.

Gloria tota Deo qui nobis hæc otia fecit.